Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237

[S.l.], 1661

Quid sit regula

urn:nbn:de:bsz:31-127475

Visual Library

deviare, remanet enim qui nō proficit. Et Bern. Vera virtus finē nō habet, tempore nō concluditur, nūquā iustus arbitratur se cōprehēdisse, nūquā dicit satis est. Item. Minimè profectò est bonus, qui melior esse nō curat; et ubi incipis nolle esse melior, ibi etiā desinis esse bonus. Hinc planè colligitur, quia nolle proficere nō nisi deficere est; inter profectū enim et defectū in hoc statu mortalis vitæ, nihil mediū invenitur. Necesse est enim Spiritum aut proficere semper, aut deficere. Unde S. Bern. In via Dei nō proficere, deficere est; Vel; In via Dei nō progredi, regredi est.

Quid sit Regula.

Regula, secundū Aristotelem i. l. de aīa, Est, qua rectū et obliquū cognoscimus, verū et falsum, bonū et malū discernimus. utpotè directiva rei, sive artis, sive quæ mētis, morū, et honestatis sunt. Hic autem in nro sensu sumitur tantū moraliter, ut præceptiva et directiva disciplina, morū et honestatis, quatenus videlt moribus leges præscribit, normamq. humanis actibus tribuit.

Regula unde dicta.

Regula dicta est ab eo, quod rectè ducat, neq. aliqd aliorsum trahat. Vel: Quod regat, et vivendi normā præbeat, et quod distortū pravumq. corrigat.

Quare Religiosis Regulæ præscribatur, ut secundū eas vivant.

Ut eò cōmodiꝰ et citiꝰ per easdē peruenire possint ad finē suū, vid[elicet] ad ardentē Charitatē Dei et proximi, propter quā acquirendā Religionē ingressi sunt. Sunt enim Regulæ et quæ in Regulis cōtinentur media quædam, quibꝰ faciliꝰ ad dictam Charitatē peruenitur, et per illa impedimēta tolluntur.

An qui profitetur seruare aliquā Regulam teneatur sub mortali seruare oīa quæ in ipsa continentur?

Nam, in Regula quatuor rerū genera cōtineri.
Primi generis sunt, quæ aliàs sunt de iure diuino, naturali, aut Ecclesiastico; ut si Regula præcipiat diligere inimicos, nō adulterari &c.
Secundi generis sunt; Quæ pertinent ad tria Religionis vota, nimirū obedientiæ, Castitatis et paupertatis; ut si Regula ea seruari iubeat &c.
Tertij generis sunt; Quæ coīter sunt supererogationis opera, ut si Regula præscribat speciali affectu inimicos diligere &c.
Quarti; sunt externæ cuiglibet Religionis obseruantiæ, ut abstinere à carnibꝰ, nō indui lineis,

nō loqui post Completorium &c. Hoc iacto fundamento, Dico; 53

Quod qui promittit seruare aliquā Regulā se obligat ad res in ea contentas eo modo, quo in ipsa cōtinentur: nēpè si cōtinētur ut praecepta obligātia sub mortali, tenetur ad ea sub mortli. Si solū ut obligantia ad veniale, tenetur sub veniali. Si solū, ut opera supererogationis, ad nullā culpā obligabitur. Quia qui profitetur aliquā Reg. nō promittit singula in ea cōtenta, sed solū viuere secundū Regulā, idest, tendere ad formationē suorū morū secundū Regulā, sicut secundū quoddam exemplar. Ergo eodem modo intelligitur obligari, quo Regula præscribit, et obligat, alias Religiosq status esset periculosissimq et laqueq Diaboli, cū multa minutiora in Regulis præscribantur, quæ vix possunt obseruari etiam à viris perfectissimis. Ita D. Thom. 2. 2. q. 186. a. 9. Vasq. 1. 2. q. 96. a. 4. d. 162. c. 4. n. 6.

Ex quo sequitur, contenta in Regula, q̄ alio præcepto sunt sub mortli debita, obligare sub mortli. Quia seclusa Regula id obligabat sub mortli. D. thom. ubi supra.

2º sequitur, Contenta in Regula, spectantia ad tria vota essentialia Religionis, obligare ad morte. Quia vota illa ad morte obligant. D. Thom. ubi supra. V.g. Si Religiosq peccet pc̄to luxuriæ, duplex pec̄tm morte

cōmittit in cōfessione explicandū, primò enim peccat
pcto luxuriæ cōtra præceptū diuinū, de nō fornicādo;
alterū verò sacrilegij cōtra votū. Ita tenet Valent.
2.2. d. 10. q. 4. q. 5. Quāuis Caietan. 2.2. q.
186. a. 9. neget ēē duplex pctm, sed unicū grauiq.

3º. Sequitur, Contenta in Regula spectātia ad alia cōsilia euāgelica ad nullā prorsus culpā obligare. Quia hæc ad Charitatis perfectionē spectāt, Religiosus verò nō tenatur ēē perfectus, et si teneatur tendere ad perfectionē iuxta præscriptū suæ Regulæ.

4º. Sequitur, Obseruātias Regulares externas in Regulā præscriptas, ad nullam culpā obligare, quādo Regulæ Institutor mētē suā explicuit esse, vt ad nullā culpam obligent. Quia cū hæ obseruātiæ sint de rebq aliās nō obligantibq, nullā obligandi vim habent, nisi ex voluntate Institutoris volētis et potentis obligare ad culpam: Ideo nō obligant ad culpā, si Institutor mentē suam explicuit ēē talia statuta, vt nō obligent.

An oīa in Regula S. P. N. Benedicti contenta obligent sub pcto.

Cōis sententia ē, nō oīa in hac nrā Regula cōtēta cadere sub peccato; Quod patet primò ex exordio Regulæ, ubi dicit; Ausculta ò fili præcepta Mgri,

ex admonitionē pij patris libenter excipe. Itaq̃ nō oīa in Regula contēnta sunt præcepta, sed quædam sunt cōsilia, quædam admonitiones.

2°. Quemadmodū in Regula Euangelica nō oīa q̃ proponuntur sunt præcepta, sed quædā eorū tradūtur per modū præcepti: Quædā verò proponūtur per modū cōsilij, vt; Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei et aliam &c. Ita in Regula nrā S. Benedicti nō oīa, quæ in ea cōtinentur, vim habent præcepti, sed quædā proponūtur vt præcepta, quædā verò vt Statuta, vel vt simplices admonitiones.

An oīa in Regula S. P. N. Bened: contenta obligent ad mortale?

Non oīa contenta in Reg. nrā obligant ad mortle.

1°. Quia vt supra dictū est, nō oīa in ea cōtenta proponūtur sub præcepto; Ergo nō quælibet eorū trāsgressio est peccatum mortle.

2°. Cum nō sit mortlis quælibet trāsgressio eorū quæ in Reg. diuina cōtinentur, etiam nō quælibet transgressio eorū, quæ in nostra Regula cōtinentur, est mortlis.

3°. Non quælibet violatio legis humanæ, siue ciuilis, siue Ecclcæ, facit hominem dignū pœna mortis corpalis. Ergò multò minꝰ q̃libet violatio Statutorū Re-

gulæ S. P. N. q̃ benignior ẽẽ debet, obligabit ad mortem animæ.

4.° Quia Statꝰ Religionis ẽ securior, quã Statꝰ secularis, ut docet S. Greg. in princip. moral. ubi comparat vitã secularem mari fluctuãti, vitã autẽ religiosam portui trãquillo. At si oĩa cõtenta in Reg. nrã obligarẽt ad mortẽ, sequeretur, quod Religio nõ esset portꝰ tranquillꝰ, sed naufragiũ manifestum, et quod vita secularis esset securior vita religiosa: quod est absurdum.

5.° Quia S. Greg. in lib. Dialog. cõmendãs S. Benedictũ dicit, quod scripserit Regulã Monachis discretione præcipuã; at si esset cuiglibet transgressio, quod in Regula mãdatur, culpa mortalis, nõ esset discretione plena, sed indiscretissima.

6.° Quia Religiosꝰ dũ profitetur, nõ vouet se Regulã seruaturũ, ut apertè ex cap. 58. eigdẽ nræ Reg. liquet, et D. Bern. tradit lib. de præcept. et dispens. cũ ait; Nemo cũ profitetur, spõdet Regulã, sed determinatè secũdum Regulã sui quirq; conuersatione se dirigere pollicetur. Cum ergò Religiosꝰ voto ad singula in Regula cõtenta nõ obligetur, nõ est dicẽdũ eum peccare mortẽ, quoties quodlibet eorũ violat.

7.° Quãdo apertè nõ cõstat de mẽte Institutoris Religionis; An voluerit suis legibꝰ lethalẽ obligationẽ inducere, nõ est præsumendũ de tali obligatione. Quia SS. Patres, ut D. Thom. Quodlib. 1. q. 9. a. 4. aduer.

tit, qui religiones fundarũt, noluerũt hoībq iniicere damnationis laqueũ, sed potiq viã salutis aperire. Quare certò asserendũ est, oĩa alia Religionis statuta, praeter tria vota, nisi aliàs evidenter de mẽte Institutoris costet, et nisi ex cõtemptu negligatur, tantũ ad veniale culpam, minimè verò ad mortem obligare.

Ex his sequitur, praeter tria vota, et ea q aliàs lege Dei sunt praecepta, caetera oĩa, q in nrã S. Benedicti Regula per modũ praecepti, vel cuiqdã ordinationis, ac statuti proponũtur, secluso cõtemptu obligare ad pctm veniale. Ita expressè tenent D. Thom. 2.2. q. 186. a. 9. ad 1. et Quodlib. 1. q. 9. a. 4. et clariq S. Bern. in libr. de praecept. et dispensat. Idẽ sentit Turrecremata in exposit. Regulae S. Bened. circa init. et D. Ant. 3. p. to. 16. §. 7.

Animadvertendũ tamẽ est, quod licet trãsgressio Regulae nõ sit mortalis, est tamen gravissima intra tamen limites culpae venialis. Quia graviq ẽ pctm, transgredi praeceptũ Superioris, quã inferioris Praelati; graviq ergò est, Regulã, quã Praelatorũ praecepta violare.

Obiectio.

S. Bernardq in libro de praecepto ait; Omnia cõtenta in Regula S. Bened. non profitentibq (id est Novitiis) monita seu cõsilia sunt censenda, nec gravant nõ servata: profitentibq verò esse praecepta, praevari-

cantibus crimina.

R: 1°. cū D. Anton. et Turrecrem. locis supracit. D. Bernardū nō accipere praeceptū propriè, et stricto modo, sed largè pro quacūq; iussione vel ordinatione, q̄ licet nō obliget ad morle, obligat tn̄ ad veniale. Vel.

R: 2°. D. Bern. dū loqui ibi indefinitè de aliquibus praeceptis, quae tangūt tria vota essentialia, q̄ obligant sub morli; De reliquis verò in Regula contentis apertè docet idē D. Bern. in dicto libr. solū obligare ad veniale.

R: 3°. Generalis Regula est, quā ex Clemēte V. in Clementina: exivit de paradiso, de verborū significatione, desumpserūt Theologi pariter et Iurisperiti: illa tantū praecepta esse et mādata, q̄ per verbū praecepti, aut inhibitionis, vel aequipollentis praecepto, aut inhibitioni, obligant sub reatu culpae; Verba autē praecepti esse, Praecipio, mando, iubeo, prohibeo, inhibeo, veto, interdico; aequipollētia verò esse, Debeant, teneantur, necessariò, necesse est, nō licet, nō potest. Dictū autē Bernardi intelligendū venit iuxta Regulā istā generalem: Ideo praeter tria vota, nihil sub praecepto strictè sumpto obligat ad morle, nisi per verba praecepti praecipiatur, vel inhibeatur. Non enim licet cōmentari praecepta, ubi species praecepti nō est; mxè quod ultra praecepta, multa in Regula cōtinētur,

quæ cōsilij, admonitionis, cōsuetudinis, correctionis, animaduersionis, atq; similiū rationē habent.

Quomodo cognosci possit, an Regula, vel præceptum Superioris obliget ad mortle, vel ad veniale?

Primò cognoscitur hoc ex iusta et rationabili volūtate et intentione præcipientis, supposita tn̄ mãa sufficienti ad culpā mortlem, vel venialem. Quia obligatio præcepti pendet ex volūtate præcipientis, dumodo cetera adsint, quæ ad inducendā obligationē necria sunt, Unde si Prælatus nō intenderet per suū preceptū obligare ad culpā, etiamsi verba grauē videantur denotare obligationē, nūquā tale præceptū, quātū ex se, eius transgressorē reum culpæ efficeret. Quia præceptū nō ligat ultra intētionē præcipiētis.

2º. Cognoscitur hoc ex mãa, quæ præcipitur, ut si sit grauis, nā si res leuis sit et exigua, præcepti violatio lethalis esse nō potē, quamuis velit superior grauē inferre obligationē. Quia cōtra rationē est, ut præceptū superioris obliget subditū ad pctm mortle pro quacūq; re leuissima. Etenim præceptū Superioris, ut iustū et licitum sit, cōformari debet præcepto diuino, á quo deriuatur. At verò præceptū diuin. quod ad mortle, et ad veniale obligare pt, quādo hoc, aut illo modo obliget, desumitur ex mãa graui, aut leui, ut cōstat in præcepto nō furandi, furtū enim unius

oboli solũ erit veniale, quia mãa levis ē; furtũ a. unig aurei erit morle, quia est mãa gravis. Similiter in præceptis Superiorũ iudicandum erit esse mortale, aut veniale ex gravitate vel levitate mææ.

Ndm tn, posse his rebg parvis talē circũstatiam adiungi, ut putà, grave scandalũ Religionis, aut magna occasio transgressionis voti alicuig essetialis suæ professionis, ut meritò Prælatg res illas sub morli præcipere, vel prohibere possit: ut v.g. præcipere pt Prælatg sub obligatione ad morle, ne Religiosg aliquis ad talē, aut talē domũ sæcularis hominis accedat, aut ne cũ tali, vel tali persona loquatur. Hæc enim et similia, quãvis ex obcto, et perse cõsiderata sint res parvi valoris, tamen raē scãdali, aut alterig circũstantiæ efficiuntur mãa gravis, et ideo obligant ad morle.

3.° Colligitur hoc ex coi cõsuetudine, et existimãe Cõmunitatis, cui præceptũ legis imponitur. Quibuscũqz enim verbis præceptũ imponatur, si cõis sensus eorũ qui illo tenentur, id intellexit, et acceptavit ut obligãs sub morli, obligabit sub morli; si verò ut obligans sub veniali, obligabit utiqz sub veniali. Quia consuetudo ē optima legũ interpres. Nec præceptũ aliter obligat, quã coiter receptũ est. Ita Caiet. 2.2. q. 186. a. 9. Navar. c. 23. n. 58. Tolet. de 7. pctis mort. c. 19. n. 7. Salon. 2.2. q. 77. a. 1. cõtrovers. et Valent. 2.2. d. 10. q. 4. p. 5.

4.°

4°. Ex verbis, quibus præceptū utitur, deduci potest, quātam vim præceptum habeat; Unde hæc verba, In virtute, vel ad meritum sanctæ obediæ aut In Virtute sancti Spūs, sub pœna indignationis Dei, maledictionis æternæ, sub obtestatione diuini iudicij, sub anathemate, sub indignatione Aplorum Petri et Pauli, aut vi, aut virtute præstiti iuramenti, aut Voti facti, vel strictè præcipimus, iubemus, inhibemus, vetamus, interdicimus, et his similia graue obligationē inducunt, cuius violatio est lethalis. Quia usus cōis est, ut hæc verba indicent mētē Prælati esse obligare ad morte. Et colligitur ex Clemēt. Exiuit de verborū signif.

Quando verò nullū est verbū ex prædictis, sed verba sunt cōia, ut; Ordinamus, Statuimus, Stabilimus, decernimus, sancimus, innouamus, volumus, intendimus, mandamus &c. præceptū illud graue obligationē minimè significat, nisi aliundè ex grauitate maæ, aut ex detrimento boni cōis, contrariū dicendū sit. Ita Valent. to. 4. d. 7. q. 5. p. 3. Salon. 2. 2. q. 77. a. 1. controu. 8. Tolet. de 7. pec. mort. c. 19. Nauar. Azor. l. 5. c. 6. q. 5.

5° Colligitur hoc ex pœnis, q̄ præcepto irrogatur inobedientibus, an præceptum obliget ad morte:

nā si pœna grauis alicui iusto præcepto apponitur, q̄ ex sua nāa præsupponit culpā mortem: tūc tale præceptū obligabit sub morli, aliàs præceptū iniquū esset, quod pro re nullius momenti pœna tā graui illius transgressorē puniret. Unde in iure Canonico q̄ sub pœna Excois, Depositionis, Degradationis &c. præcipiuntur, aut prohibentur, ad pctm morle obligant. Quia huiusmodi pœnæ nō nisi pro pcto morli infligi possunt.

Quid sit Religio?

Religio est vita priuata, per quā Deo viuere religamus animas nras ad cultū diuinum.

Religio unde dicta?

Religio appellata est, eò quod per eā uni Deo religamur. Vel:

Quia per eā religamus aīas nras ad cultū diuinū, vinculo seruiendi. Vel.

Religio dicta ē à reeligendo Dnm, quē peccando amisimus. August. de Ciuit. Dei.

Hæc est Religio vera, qua se uni Deo aīa, unde se peccato velut abruperat, recōciliando religat.

Quodnā sit eius officium?

Officiū Religionis est quadruplex: primū; De perpetrato scelere pœnitere. 2. Temporalia paruipēdere.